

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensi

916 7
VIRO SPECTABILI,
CLARISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO
DNO.

M. CHRISTOPHORO NEANDRO

in almâ Academiâ Francofurtanâ ad Viadrum,

per annos ipsos septem & quadraginta

PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO,

Facultatis Philosophicæ

adeoq; ACADEMIÆ universæ

SENIORI,

& t. t. duodecimùm

DECANO,

BONÆ MENTIS DOCTORI

de Academiâ; operâ, consilijs:

de re litterariâ; artium tum Legalium,

tum Philosophicarum explicatione

quâ privatâ, quâ publicâ

præclare,

de bonis omnibus

optimè,

COMITIVAM

semel atq; iterùm

merito,

necdum à laboribus feriant.

NATALEM SEPTUAGESIMUM

DEO PROPITIO

in turbulentissimo hoc rerum statu

piâ animi tranquillitate

agenti

Mense Octobri, ANNO CHR. MDCCCXXXVI.

Vitam, sanitatem omnemq; felicitatem

gratulabundi precantur

COLLIGÆ, AMICI & CLIENTES.

Cic. in Cat. Maj.

Quid est jucundius senecture stipatâ stadiis juventutis?

Literis MICHAELIS KOCH II.

M. CHRISTOPHERUS DE MANTOVA

In aeternam memoriam

PROFESSORI THEOLOGICAE

Facultatis

Universitatis

BOHEMICA

Pragae

BOHEMICA

Facultatis

Universitatis

BOHEMICA

Pragae

de bonis

artibus

COMITIVAM

facultatis

BOHEMICA

Pragae

NATALEM SEPTUAGESIMUM

ANNI

MDCCCXXXIII

BOHEMICA

Facultatis

Universitatis

BOHEMICA

Pragae

Facultatis

Universitatis

Clas

DN. M. C.

ANDRI



Uge

Qua Te laud

Quae tibi

Outinam no

Artibus!

Nos inter reli

Tu lingu

Praemia quae s

Cum Do



Ad
Clarissimum Senem, annis meritisq;
gravissimum,

DN. M. CHRISTOPHORUM NE-
ANDRUM, Professore Academicum per an-
nos XLVII. laudatissimum,
DN. Amicum & Collegam,
ipsis oculis preferen-
dum, &c.



Uge, VERENDE SENEX, nostræ prænobile
sydus,

Quam juxta Viadri defluit unda, Stoæ!
Quâ TE laude feram? quis par mihi sermo coronæ,
Quæ tibi canitiem cingit & ornat, erit?
O utinam nostris hodiè ornamenta manerent
Artibus! eveheret TE COMITIVA triplex.
Nos inter reliquos tanquam viburna, cupressus
Tu linguâ, meritis & variâ arte nites.
Præmia quæ seclum hoc tibi debita non dat, habebis,
Cùm Domini intrabis gaudia læta Tui.

*Amicâ manu & mente insigniter honorato
& nunquam non honorando*

DNº. Amico

Collegæ

apponebat

GREGORIUS FRANCUS

S. Th. D.

Natalem

N Atalem toties iterasti, Clare NEANDER,
 Posse hominem quoties, Musica Musa canit.
Est ultra decimam Tibi sexagesima visa
 Messis, at es dignus visere Solstitia
Plurima adhuc, serosq; attingere Nestoris annos,
 Unice Marchiacæ Nestor, honorq; Scholæ.

Ita apprecatur ex animo

Collegæ Collegæ

Gothofredus Weidnerus D.

ac Professor Publ. Facultatisq;
Medicæ Decanus & Senior.

B Is septena SENI fluxerunt lustra NEANDRO:
 Et adhuc est ille NEANDER
Ora, genas, oculos, vultum frontemq; rubentem,
 Et adhuc est ille NEANDER
Ingenium meminens juris sacri atq; prophani.
 Et adhuc est ille NEANDER
Adsiduo lectu veterumq; novumq; librorum,
 Et adhuc est ille NEANDER
Constanti Juvenum mentes fervore docendi.
 Et adhuc est ille NEANDER
Censura morum & scriptorum examine vero.
 Posthæc sit & usq; NEANDER,
Inq; Aquilæ morem sibi mento & mente novetur,
 Donec vetera illa NEANDER,
Quæ nos fata premunt, validis superaverit annis,
 Atq; in nova secla NEANDER

Nobiscum

Nobiscum lætis animis pedibusq; resultet.

Et tunc aliquando GERANDER
Audiat, his ubi adhuc sex lustra adjecerit annis

Recreatus pace NEANDER.

Arbiter ô belli & pacis vitæq; necisq;

Rata fac mea vota NEANDRO!

TOBIAS MAGIRUS

Compatri & Collegæ suo
venerando.

Vertice cùm cano Prudentia vera tegatur,
(quod sibi sacra volunt Codicis elogia)

Addo, cùm Senio Pietasq; Fidesq; vetusta

Duret, quâ juvenem sapè carere doles,

Annon pro meriti nunc nostra Lycæa NEANDRI

Gratentur canos, jure, senesq; Dies?

Annon gratentur Senium hoc tot tinctum Aganippes

Guttis, quot niveis tempora cincta pilis?

Gratatur Collega Docens, discensq; Juventa

Turma, Senem turbis his superesse suis.

Is, quia Consilii gaudet socio usq; fideli,

Hæc, quòd Ductoris polleat auxilio.

Ast ego quo valeam NATALEM carmine canum

Affari, reduci quæ venit axe, Tuum?

Ignoscas tenuis vena, Vir Magne, fluori,

Pectoris agnoscas sed, puto, vota pii.

Annis accumulet per longos Nestoris annos

Annorum atq; ævi Conditor ipse potens.

Quot

Quot frons albescit floccis veneranda NE ANDRI,
Tot caput Umbones pressius, oro, tegant?
Hæc sic Canities nostris tot Commoda Athenis
Afferet, innumerâ quàm viget arte bonâ.

*Præpropero calamo
adjiciebat*

Dn. SENIORI hono-
ratissimo

M. Gottlieb Pelargus.

ANni quando novi, cùm VIR SPECTABILIS, ÆVI
Hæc Tibi prima dies, vitæ & genialis origo
Sit; cedant luctus, ac tristibus exue curis
Pectus, & assiduo temet furare labori,
Scilicet hæc verbis mulcent Tua pectora amatis
Latantes tecum, fido Tibi pectore juncti.
Cur? quia non mediâ cecidere abrupta juventâ
Gaudia florentesq; fera haut scidit Atropos annos.
Quin gaudes? cùm longa dies Te cernere vultus
Natorum dederit, quorum neq; pignora longè
Teq; velit viridi Dominus renovare senectæ,
Concedatq; diu juvenes spectare nepotes.
Is quoq; Te socium longos adstrinxit in annos
Uxori: à Domino vires reddantur & ipsi,
Annos ut plures cum conjugè sana superfit.

Ita venerando

Dn. SENIORI

gratulabatur

M. Johannes Brunneman

Logices Profess.

VIRO

VIR

O Decus
Salve

Ha
Est bene-longa

Vita lustr

Quantus hon

Prob! fu

Sedulus ut Spa

Octo sup

Bis senis autem

Musaru

Te Senioreme

Canities

Verum mente

Dicitus; U

O decus Aonic

Te duce

N Uncia f

De te

Sapicu

Serm

VIRO CLARISSIMO, SENIORI
venerando, Fautori suo sub-
missè colendo.

O Decus Aönidum, SENIOR venerande, sororum,
Quò duce lætus ovat Phœbus, agitq; chorum!
Salve CHRISTOPHORE, & CHRISTUM, ceu corde tu-
listi

Haëtenus, ò posthac pergito ferre piò.
Est benè-longa quidem (grator!) tibi vita peracta,
Vita lustra putas quattuor atq; decem;
Quantus honos, quantusq; labor comitatus euntem,
Prob! fuit interea! Testis adest Viadrus:
Sedulus ut Spartam multà ornas arte PROFESSOR,
Octo super lustra hic Septimus annus abis
Bis senis autem vicibus, dum digna Magistris
Musarum tribuis dona, Brabevta clues!
Te Senioremem etiam meritò colit ordo Sophorum,
Canities capitis pascit id, ac animi!
Verùm mente viges juveni, de jure Neander,
Dictus; Uive, vige, bis juvenesce senex,
O decus Aonidum, Fautor venerande, sororum,
Te duce lætus ovat Phœbus, agatq; chorum!

Ita ὀλοναερίως
gratulatur

M. Jacobus Helwigius
Ecclesiast. ad D. Petri
Svevo Colonienfis.

Nuncia fama mihi multum, Vir Magne, reclusit
De te, sed coràm cernere non licuit.
Sapiculè pleno feci mihi pectore votum
Sermones dulces aure notare tuos,

Et

Et torquere meos vigilantes luminis orbes
In te, Pierij ô lucida gemma chori!
Nam quis non cupiat cordis penetralibus imis
Tam clarum summi cernere depositum,
Alta cui ingenij vis est, doctrinaq; compar,
Qui famam doctis spargit ubiq; libris.
Ast cum non liceat præsens hâc sorte fruisci,
Dulcia scripta meæ sunt tua deliciæ,
Intereâ ut videas gratæ *πικρήνια* mentis,
Votivis metris hâc cecinisse placet.
Gratulor ex animo reduces quod lumine lato
Natales cernas, ut mihi fama dedit.
Numen porrò juvet seniumq; secundet ab alto, ut
Sapientis hâc redeat lux genialis, erit.
Quò vigilans posthac sanctâ & cum laude juventam
Artibus ingenuis instituisse queas.
Divite dona penu promens, quò gloria Jovæ
Quæratûr libris voceq; dulcisonâ,
Clara sui porrò monstret tibi signa favoris,
Et tandem æternâ prosperitate beet.

Domino Favitori & Promotori
suo magno

*honoris, amoris & debite gratitudinis
ergò fac.*

M. Christianus Grumbachius P.L.C.
Duci Generali Domino ab Arnimb
â Concionibus sacris.

Astra quid assiduis juvat implevisse querelis,
Et tristi morsu tristia multa pati?
Lustra decem & quatuor vixisti Clare NEANDER
Musarum lumen, Philosophûmq; jubar;

AS

Ast tibi (quod
Vita est
Ergò supercili
Nubes,
Threicias ple
Sisyphus
Tu quoq; carn
Dum Ti
Huc celebra
Salvere,
Excitet alma
Præsto si
(Quod precor
Fila tra
Sapius & liqu
Lucem,

Sacra N
Solvere
Musamih
Docta! at
Grande de
Carmine C
Mens n
Promit
Arte

*At Tibi (quod multis rarum) quò longior usus
Vita est concessus, durior ipsa fuit.*

*Ergò supercilio deme, atq; à fronte repelle,
Nubes, & latè gaudia mente fove!*

*Threïcias pleçtro chordas tangente quievit
Sisyphus, atq; Ipsum grande reliquit onus:*

*Tu quoq; carnifices seclude à pectore curas,
Dùm Tibi Natalis letus honore redit:*

*Huc celebra vultu lato, noviesq; jubeto
Salvere, ac Genio festa litato tuo.*

*Excitet alma Ceres cum Baccho gaudia pura,
Presto sint Charites, Pallas, Apollo, Venus.*

*(Quod precor ex animo) Natalibus hisce peractis,
Fila trahat vitæ Parca serena Tibi:*

Sapius & liquidò perfundat sidere talem

Lucem, ubi missa Tibi fulserit arce poli.

CL. Dn. Affinis, Fautoris & Promotoris

sui æternùm colendi Natali &

Nomini ita gratulatur

M. Adamus Romanus Gymnasij

Suevo-Colonienfis Rector.

S *Acra NEANDRINO Genio, jam debita dudum,*

Solvere dum conor: vellem Douzæa faveret

Musa mihi, columen Batavi celebrare Lycæi

Docta! at Musa mihi nec si Douzæa faveret,

Grande decus nostri posset columenq; Lycæi

Carmine CHRISTOPHORUM digno celebrare NEANDRUM.

Mens mea, vivida mens, dùm vivida, promito vires;

Promito mens penitas vires animi; exsere quicquid

Arte vales Geniõve, ac totum Heliconæ prehende.

B

Sed

Sed quid dissimulo, quod res jubet ipsa fateri?
Non si Doula modò, sed si mihi Scaliger (ingens
Scaliger, & nostra decus immortale cohortis)
Si quoq; Sincerus diò Nazarius ore,
Mincigenis fidibus melos equiparabile jaçtans,
Sufficeret vires: digno haud memorare valerem.
Carminè CHRISTOPHORI Virtutũ dona NEANDRI.
Mens mea, vivida mens, dũm vivida, promito vires;
Promito mens penitas vires animi: exsere quicquid
Arte vales Genioq;, & totum Heliconæ capesse.
Nam quis (Musa virum memoret) quis nã ille NEANDER?
Ille Mei Doctor (laus prima erit ista) MAGIRI;
Voce potens fandi, subtilis sensibus, altã
Mente tenax Recti, catus observator Honesti:
Qui quid sit Pulcrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Pleniũs & meliũs Durando, Fasone, Baldo,
Bartolo, Odofredo, Marantã ac Azone, dicit.
Magnus Musarum, Suadela Major acuta,
Maximus & Sophia Mystes; Jurisq; peritus
Præ multis, qui se Themidos Mystera solos
Nosse putant, Sophia Suadaq; & Apollinis hostes.
Mens mea, vivida mens, dũm vivida, promito vires;
Promito mens penitas vires animi: exsere, quicquid
Arte vales Genioq;; ac totum Heliconæ capesse.
Quisnam porrò (Virũ memoret mihi Musa) NEANDER?
Hic Vir, hic est animo complexus singula, mille
Quæ vix nosse Viris data sunt, dignissima scitu.

Qui

Qui quicquid
Pectore com
Omnia solus
Pectore An
Tullius, elo
Secula, & E
Nestoreasq;
Jam me h
Promito
Arte va
Divat Nei
Secula CHR
Docta per o
Maximus i
Optimus atq;
Salve Su
Digna lit
Pignus
Sis felix n
Sis felix:
Finem N
De nostr
Jova:
Esse dec

Qui quicquid Veteres, quicquid docuere Minores,
Pectore compostum vastotenet omnia solus;
Omnia solus habens, alios qua singula comunt.
Pectore Aristoteles, calamoq; Annaeus, & ore
Tullius, eloquio Nestor quoq;: Troica dignus
Secula, & Euboici transcendere pulveris annos,
Nestoreosq; situs; Hic ille, hic ille NEANDER;
Jam mihi vivida mens, dum vivida, promito vires;
Promito mens penitas vires animi: exsere, quicquid
Arte vales Genioq; ; & totum Heliconae capesse.
Vivat NEANDER, NEANDER Troica vivat
Secula CHRISTOPHERUS; Vivensq; vicensq; per ora,
Docta per ora Virum pergat volitare NEANDER;
Maximus ipse Virum, quo vix facundior alter;
Optimus atq; Virum, quo nemo peritior alter.

Salve Summe Virum: quanunc tibi pauper acerram
Dignam litabo? cape hoc meritum de pignus Honoris,
Pignus Amoris habe, tibi quem servabo perennem.
Sis felix nostri Clarissime Phæbe Lycæi,
Sis felix: omni & detectus pectora nube,
Finem Nestoreæ, precor, egrediare senectæ,
De nostris annis clemens tibi adaugeat annos
Jova: diu ut possis Doctorum Doctor haberi, &
Esse decus nostri, nostri columenque Lycæi.

Contestanda causâ observantiæ

Repentino calentis animi calamitq;
impetu defudit

GEORGIUS Palbitzky Nob. Pom.

B 2

Sophici

Sophici Senati ocelle & aureum decus,
Pubis polo credendæ acute Dædale,
Et cyene mellilingvis Aonii Chori
Salve NEANDER albe pectus & comam!
Sed & cor explicans micante gaudio
Hoc lucis aureo jubare fruiscere,
Quod fert tibi genitale sacrum & annum,
Qvo primulùm Theatron hoc amplissimum
Poli soliq; ocellulis hiantibus
Auramq; publicam faventis ætheris
Libare spiritu recente contigit.
Ergò Senex Apollinis Triarie
Necdum impotens ciere bella fervida,
Inducias modò in diem paciscere
Cum barbaris & hosticis cohortibus,
Et Murcia, & Vacunâ & Ignorantiâ;
Qvas usq; & usq; frangis alter Hercules,
Et in D E O datore læti muneris
Lætisce fibritus, nec ulla defuat
Vis cordis in sereniora gaudia.
Adgaudeo Tibi Vir à præconiis
Musæ bonum Virum vetantis emori
Sat note mi, sed & futuris posteris
Noscende lege non habente terminum:
Adgaudeo, socioq; lætor omine.
Sic illa lux Tibi Tuisq; sæpiùs
Refulgeat favore molli siderum,

Ævumq;

Ævumq;
Sic fausti
Lares tu
Nec fulg
Ferule cla
Hæc app
Numenq;

A Dspicere
Incipiant
Tramite
Ocia sem
Ulieriusq
Atq; ade
Staret bo
Seq; dare
Sed quia
Desinit, &
Vastitiem
Inflat ad
Perpetuò
Sperante
Condunt
Parcius
Quod ve
Officiosa
Dicere f
Quem d
Qui mil

Ævumq; grandius fluat tenore æquabili!
Sic faustitatis Auctor ille Maximus
Lares tuos coronet omni magmine,
Nec fulgurens hostici, nec intonans
Ferule clangor æris angat pectora!
Hæc apprecor Tibi senum verenda gloria,
Numenq; pondus addat his precatibus!

M. Michaël Schirmer Lipsiensis,
Gymnasij Berol. SubRect.

A Dspicere ô tandem Superi res lumine nostras
Incipiant placido, & leni decurrere fata
Tramite dignentur, positisque fideliter armis
Ocia semineci sperata reducere mundo,
Ulteriusq; vetent miscerier infima summis,
Atq; adeo clades crudescere cladibus auctas,
Staret bonos forsân, staret sua gloria doctis,
Seq; darent nobis faciles in carmina Musa:
Sed quia turbarum necdum feralis Enyo
Desinit, & sitiens furibunda cruoris Alecto
Vastitiem terris viduert atemq; minata
Inflat adhuc rævum furiarum maxima cornu,
Perpetuò unanimes armans in prælia fratres,
Sperantesq; premit cumulis meliora malorum,
Condunt se tacite sacrâ sub nube silenti,
Parcius & numeris innectunt verba Camœna:
Quod veter ingenij vitio culpâq; jacentis,
Officiosa jubet Pietas cogitq; jubendo,
Dicere fausta tuo natali, CLARE NEANDER,
Quem decies septena tibi vindemia reddit,
Qui mihi jure dies genitali sanctior horâ,

B 3

Vitales



Vitales primùm qua me produxit in auras.
 O decus ò nostri celeberrima fama Lycei!
 Sic Equitis Venusinus olor celebravit Hetrusci,
 Ipse suum arguti mordax Epigrammatis auctor
 Signavitq; Ovidi Quincti meliore lapillo,
 Sic totum coluit natalem Socratis astu,
 Sic quamquam extincti pridem cum laude Maronis
 Silius, immò suum sic Sollius atq; suorum.
 Quicquid erit, cupio potius minus esse disertus,
 Quàm Pietas ò te mea deseruisse videri.
 Non ego, qui quondam sidus natale putatus
 Dirigere, aut Cbio Genium dapibus de facietis
 Provoco, nec me spes illuc cœnatica adegit.
 Nec de plebe deo sextos simul atq; solutos
 Flores, nec modicâ fero libamenta patellâ:
 Sacra DEO potius facio non turis at oris,
 Qui vitæ Rector nostra mortisq; Sequester
 Unicus, & nostris custodia maxima rebus,
 Proq; tuâ gratus pia nuncupo vota salute.
 Nec tu laudis egens nostra es nec nominis exfors,
 Quod passim terras sublime vagatur in omnes,
 Quâ sua sunt Phœbo, quâ sunt commercia Musis,
 Quâ necdum perijt sanctorum regula morum,
 Necdum nequitia classes virtute sepultâ
 Vela secunda ferunt, quâ rectè gloria factis.
 Nec malè tornati & fermè indignante Minervâ
 Procusi possint aliquid superaddere versûs.
 Omen erat sanè non parvo pondere nixum,
 Et dedit eventus fidei momenta secutus,
 Quod tum vitales tibi contigit ire sub auras,
 Cum de matre solent latices descendere Bacchi,
 Fallor, an eloquij prasagia tanta fuere.

Nectarei,

Nectarei, men
 Pertrabere, &
 Alliciens gra
 Hac re summa
 Gratiâ & obse
 Publica nam si
 Principis arbit
 Omnibus, & p
 Quamquam a
 Maturum ven
 Non cauponano
 Sive manus pra
 Qua propè jam
 Seu tu sermon
 Clausâq; Roma
 Inciperes, epul
 Sive idem ad L
 Limares, meth
 Seu castigatum
 Effingis mores
 Socraticisq; ma
 Quis deceat v
 Munia qua p
 Per salebras ca
 Suppositos igne
 Talia contrecta
 Tetrica jucund
 Præcepta, aust
 Dulcia mella li
 Multiplici, e
 Aurea depastu
 Ut per florifer

Nectarei, mentes hominum quo saepe solebas
Pertrahere, & grato percussas ducere tbyrso,
Alliciens gravitate tuâ & dulcedine vocis?
Hac re summates pariter, medioximi & imi
Gratiâ & obsequio dignumq; favore putârunt.
Publicâ nam simul atq; tibi commissâ cathedra
Principis arbitrio, punctis adeoq; Senatûs
Omnibus, & plausu juvenum fremituq; secundo,
Quamquam annis viridi, tamen acri in pectore jam tum
Maturum versanti animum curasq; viriles,
Non cauponando aut suffragia mendicando,
Sive manus prensando, tribus nec circumeundo,
Qua propè jam nostro est consuetâ infamia seculo;
Seu tu sermonis genium veneresq; Latini,
Clausâq; Romanæ mysteria pandere lingvæ
Inciperes, epulis mensas onerareq; Tull:
Sive idem ad Logicam rationis acumen amussim
Limares, methodumq; docens artemq; putandi:
Seu castigatum Doctor sublimis ad unguem
Effingis mores, fontesq; recludis Honesti,
Socraticisq; madens fundis sermonibus imbres,
Quèis deceat vita privatum legibus uti,
Munia qua pariter Res-publica-summa requirat,
Per salebras cautè incedens cineriq; doloso
Suppositos ignes, manibus neq; sacra perunctis
Talia contrectas, sed multo cum sale libas,
Tetrica jucundis insertis semper amœnans
Præcepta, austeri circum medicaminis oras
Dulcia mella linens, quæ congeris usq; labore
Multiplici, eiq; novis scriptoribus eiq; vetustis,
Aurea depastus cedro signanda perenni.
Ut per floriferos volitans industria saltus

Melcula



Melcula fugit apes, & cellas nectare complet.
Hoc sollemne tibi, nunquam caruisse teatro,
Sed cinctum assiduo docuisse tenore frequenti,
Gloria quæ calcas suppungit grande Magistro,
Ad numerum Musas ne sit vocitare necessum,
Aut querenda trium sint supplice jura libello,
Fugiter illa tibi comitata virentibus annis,
Nec te deseruit de vexâ etate docentem,
Quantum vesani permittunt fulmina Martis,
Fure tibi merito ut possum transcribere laudem,
Olim sermonis quam Dædalus ille rotundi,
Dicendi Princeps, Peitibusq; medulla Pelasga,
Jam cano capite & numerosis obsitus annis
Obtinuit, si Pausania, si credimus ipsi:
Discipulis numquam caruisse, & horoq; frequentis.
Nec te Semideis sordere anabatbra docente
Principibus potuere, satis de stirpe Piasii,
Deq; Podibradij, cæli qui fulcra Silesi,
Et digni sceptrum pro Rege vibrare Bohemo,
Reddere dignati splendore suo pte theatrum
Amplius, atq; tuis illustres pascere mentes
Præceptis monitisq; rei sapiente gerenda
Consilio & populis olim dare jura regendis.
Assedit magnam partem Dux inclitus anni,
Et latè Princeps per amœna Silesidos arva,
Dux Monsterbergæ, Princeps Celsissimus Olsnæ,
Induperatoris qui jam Regale gubernat
Bernstadij summâ summum virtute tribunal
Maximus à Pietate HEINRICUS WENCESIL AUS,
Clementer nostras semper dignatus Athenas,
Cui DEUS ô vitam pacatâq; tempora donet!
Quantus bonos, qua tum tibi mens, facunde NEANDER,

Que

Qua tum lusc
Byssina defun
Cum tanto im
Et celebris sta
Arbitro, &
Alter ab antiq
Principe mag
Non dubites, l
Sidere felici na
Flosculus, et at
Jam tum mag
Quem stupuit
Jam plenum, &
Hic ille hic Doct
Tecum Magni
Ut Collega fore
Quid loquar bi
Quos & major
Constituit meri
Et meminisse ju
Clausit ovens pr
Te felice suo JA
Festivos inter pl
Sermones inter
Et nitidos verb
Qua numeris vi
O factum bene q
Sed quod Posteri
Hic tu commiss
Non prenis pasci
Ut RECTOR
Addictus, tangi



Qua tum luscina insedit, quæ Gratia labris
Byssina defundens dignissima Principe verba?
Cum tanto impleri Sopbia Duce templa videres,
Et celebris stares Excelso Principe Doctor
Arbitro, & affusam Hoc Sole irradiante coronam.
Alter ab antiquo deducens stemma Piaſto,
Principe magnanimo, patriæ quem dicere Solem,
Non dubites, Ligio-Bregenſibus induperantem,
Sidere felici natus tener ille GEORGUS
Flosculus, et atem ingenio transcendere doctus,
Jam tum magna minans, jam tum sublimia Princeps,
Quem stupuit Viadrus facientem verba, Suada
Jam plenum, & posito recitantes cuncta libello.
Hic ille hic Docto sic decernente Senatu
Tecum Magnifici fasces partitus Honoris,
Ut Collega fores & Principis Adjuva Celsi.
Quid loquar hic plures illustri sanguine cretos?
Quos & majorum tituli & vis enthea mentis
Constituit meriti virtute propinquius astris.
Et meminisse iuvat, quod te RECTORE secundum,
Clausit ovans primum quam rarum munere Cæli,
Te felice suo JANO reserante secundum,
Festivos inter plausus & júbila lata,
Sermones inter Pedîa quæ lege solutos,
Et nitidos verbis, & rerum pondere fultos,
Quæ numeris vinctos concinnè Academia seclum,
O factum benè quod nullo tumultabitur ævo,
Sed quod Posteritas, si qua est speranda, revolvat!
Hic tu commissum quoties tibi cunq; gubernat,
Non pœnis pasci, nec famam incendere mulctis,
Ut RECTORE solum te nemo verteret unquam
Addictus, tanquam defectum à corpore membrum,

C

Mitibus



Mitibus imperijs, leni formidine mixta
Tutari culmen latiq; insignia clavi:
Ha tibi erant artes, studijs buc omnibus ibas.
Exemplo praeiens, ratio quæ est una jubendi
Optima, & innumeras legum superare tabellas
Sola potens, adeo suadens tranquilla sequelam,
Exactæ quam vix potuere extundere pœna.
Nec facile alter erit, toties qui jure Decani
Contulit in plures nomen titulosq; Magistri.
Et quis erit finis, quæ laudum meta tuarum?
Dicent insolito te carminis alite vates,
Quæis citbaram ipse dedit Musarum Praeses Apollo,
Teq; tuumq; vebent nomen super astra perenne.
Qui plusquam gemino es Comitivæ dignus honore:
O jam non onerosa tibi aut ingrata senectus,
Sed jucunda magis studijs stipata juventa!
Publica quam clarat diuturna Professio, honorem
Quæ decorat quemvis, neq; culmen destruit ullum,
Opprimat obstipos Aetneo pondere moles,
Qui plusquam Aetneâ juvenes fornace perusti,
Ad scelus accensi quodvis impune ruentes,
Ire lubricitas quo cœta magistra jubebat,
Impete prosilvere furenti & præcipe cursu,
Lucrantes tandem turpem & sine honore senectam.
Tu melius longè, jam tum melioribus annis
Ventura metuens obsonia lauta senectæ
Ingenio & vigili quasita labore parabas.
Firmabatur enim tibi lubrica moribus etas
Innocuis, merito quos Censor nemo notasset,
Qui tibi canitiem placidam peperere levemq;
Puriter acta tibi laudabiliterq; juventa,
Elos famæ intactus, nec labe notatus ab ullâ,

Fragrans

Fragrans un
Et tranquill
Intus quæ n
Perperuo m
Non ebland
Lite vacans
Fida tibi con
Inprimis Pie
Et decus om
Candidus &
Et constans
Hæc sunt et at
Hæc sunt et at
Nostros istu
Naturæ vixi
(Quamquam
Quin supren
Qui tibi, qua
Nemo satis vi
Onivum atq;
Quem tuus b
Ingenij judex
Quam pende
Et judat atq;
Est etiam at a
Jucunda esse
Sed nec divid
Est tua, qui j
Præpollet j
Digna etenim
Qui tuba jun
Quamvis aa

Fragrans unguentum, recti pellacia cordis,
Et tranquillatae solidissima gaudia mentis,
Intus quae nullo metuat tortore flagellum,
Perpetuo mansurus honor, constansq; bonorum
Non eblanditus favor, at virtute paratus,
Lite vacans thalamus, sanctis & moribus uxor,
Fida tibi consors, communia pignora lecti,
Inprimis Pietas titulo sublimior omni,
Et decus omne Fides decorans sincera, DE Iq;
Candidus & nullo fictus simulamine cultus,
Et constans animus, nec damno territus ullo:

Hac sunt etati jucunda viatica sera,

Hac sunt etati bona lenimenta senecta.

Ne nostras istis funesta vocibus aures:

Naturae vixisse satis vixisseq; honori.

(Quamquam sic proprio non velificaris honori,

Quin suprema DE I tibi sit lex gloria semper,

Qui tibi, quam polles pietate, & sufficit unus.)

Nemo satis vixisse sibi te dixerit alter,

O niveum atq; expers omni ferrugine pectus!

Quem tuus haut candor fugit, & qui candidus ipse est

Ingenij iudex, nec fert ita docta loquentem,

Quam pendere tuo dicentis ab ore, juventus,

Et iuvat atq; tua pro vitâ vota patrare.

Est etiam etati cana sua gratia, sicut

Jucunda esse solent fugientia poma palato.

Sed nec dividia cuiquam seniove senectus

Est tua, qui juvenum toleras superasq; labores.

Præpollet juvenis gladio senis umbra frequenter,

Digna etenim vox est Perusini emblemate civis,

Qui tuba juris erat, Doctoreq; doctior ipso.

Quamvis addictos emptâ defendere linguâ



Non moris tibi, vel tabulas signare supremas,
Deq; togâ atq; armis sciscas consulta Senator:
Nec tamen officio deeris, ad publica formans
Munia proclivem vitij ad divergia pubem,
Luxuria injecto sistens sufflamine curram,
Et si non retrabis, cura est studiumq; morari.
Præruptum suadens Virtutis scandere collem,
Commoda si patria si præmia quarat Honorum,
Quid vetet aut jubeat morum Censura proborum,
Legibus officium quibus absolvatur Honestis,
Differis, atq; viam munis errore carentem
Perpete protelo, nunquam interjungere, nunquam
Muneris in stadio sancti strigare videris,
Cum liceat merito sectari jure quietem,
Quæ tibi post tantos dudum concessa labores
Spectato satis est donari jam rude digno:
Verùm perpetuo gaudent cœlestia motu,
Et marcere negat mens scabre ignobilis ocl
Enthea, divinos spirans generosius ignes.
An'ne apis ingenium poterit migrare fenescens,
Atq; in degeneres fuci discedere mores?
An tu desieris industrius esse NEANDER,
Nec vis excutiet morbi tibi seva libellos?
Qui plus quàm ingenio, ferme servire dolori
Cogeris, & magnam vitæ vix vivere partem.
Bilbilico vati, quod non sit vivere vita,
Sed quod sis crede verissima vita valere:
Quin contra infestum, quantum pote, niteris hostem,
Non animo fractus, si corpore firmior esses.
Nec cognoscendi te plurima deseret ardor.
An'ne idem tibi finis erit qui terminus ævi?
Quæ mens legiseri quondam indefessa Solonis,

Emulus

Emulus hac
Seu Varroni
Complexi ing
An'ne idem o
Qui vita (ab
Vive diu plu
Incolomis, t
Inq; DEI la
Nectare quam
An tibi de nos
Hoc etiam pro
Si, quantum v
At'vana est P
Nec tuus exim
Hoc probet, au
Ecquid enim n
Hoc precor, u
Atq; aquila j
Cujus in arbit
Et mentem in
Sarciat & rer
Qui potis est,
Teq; tuamq; d
Teq; suâ bonit
Et Paci, si qu
Temporis O
Quodq; optas
Quæ cum dix
Illa puella tib
Tanquam he
Sic valet in s
Non ullâ tba
Rubrius ut

*Æmulus hac etiam es divini parte Platonis,
Seu Varronis amas exemplum grande Terentii,
Complexi ingenio sciri quodcumq; potestur.
An ne idem officij tibi lectulus auferet usum,
Qui vita (ab serò) spiracula novissima claudet ?
Vive diu plures præclare NE ANDER in annos,
Incolumis, sospes, felix semperq; beatus,
Inq; DEI laudes pervive, bonumq; juventæ,
Nectare quam saturas, inq; usus vive tuorum.
An tibi de nostris partem concedimus annis ?
Hoc etiam prompti facere, & promittere munes,
Si, quantum volumus, tantum per fata queamus.
At vana est Pietas, nec proficiencia vota,
Nec tuus eximiâ gravitate domesticus auctor
Hoc probet, aut nostris fatum se nutibus aptet.
Ecquid enim nostrum, queis tota precaria vita est ?
Hoc precor, ut lenem tibi det sine mole senectam,
Atq; aquila jubeat juvenescere more modoq;
Cujus in arbitrio sunt vita stamina nostra,
Et mentem in tanto tranquillet turbine rerum,
Sarciat & rerum quàm plurima damna tuarum.
Qui potis est, plenâq; penu qui dives abundat,
Teq; tuamq; domum muris incingat ahenis,
Teq; suâ bonitate tegat, foveatq; sub alis,
Et Paci, si qua est orbi speranda, reservet
Temporis Omnipotens DEUS Arbiter ille futuri.
Quodq; optas, tecum vivat sanctissima Conjux,
Quâ cum vixisti concors tot molliter annos.
Illa puella tibi, juvenis tu semper eidem,
Tanquam herè vel nuper connubia vestra coissent,
Sic valet in seros dictum feliciter annos,
Non ullâ thalami pacem turbante querelâ,
Rubrius ut quondam Celer & Caja Ennia conjux,*

Qui tumuli inscriptum voluere hoc carmine marmor.
Vivite concordēs porrò hac quoq; laude beati,
Dum vos componat divinitus hora quieti
Mollior, & cives splendentibus inserat astris.
O si quid pia vota valent, post funera demum
Nostra! tibi hanc optem multùm remanere superstes,
O Pater, ò nostri solator fide laboris,
Quem mihi majori munus cratere propinat
Assiduò quotquot tundendà incude diebus!
O certum in dubiis rebus mihi semper asylum!
In quo spes omnis studii ratioq; residit,
Qui monitis semper pectus melioribus implet,
Optimus exemplo vitãq; & voce Magister,
Quando diem mecum condis sermone venusto
Conspersq; rosis, (ò bustum suave diei!)
Auxiliq; tui nunquam dimittis inanem.
Noscimus hac ultrò, nostrisq; affixa trabali
Sunt animis clavo, tibi nos debere fatemur
Plura etiam multo: sed quæ non possumus ipsi
Reddere, quid verò, quid reddere possumus ipsi?
Præterquàm grata memoraculæ fidelia mentis,
Pro meritis, quæ sunt in me congesta meosq;
Pensabit Cœli Pietas, pensetq; precamur.

CL. atq; Excellentissimo Dn. Avunculo,
Doctori, Promotori & Patrono suo
omni observantiã & pietate æternùm
colendo,

honoris & debita gratitudinis
ergò fac.

M. JOANNES MOLLERUS.

Corn. Tacit. de morib. Germ.
Sororum filijs idem apud Avunculum, qui apud
Patrem honor.

•••(o)•••

P Hæbe diem retegas, quò non jucundior orbis
 doctorum illuxit, Phæbe diem retegas.
 Luce diem pulchrâ retegas sine nube, NEANDRI
 quam sibi Natalis vindicat hora dari.
 Turbida non meruit tua lumina cernere Phæbe,
 latum qui Phæbo contulit arte decus.
 Te tener in cunis vagitu hic, Phæbus, amavit;
 te Phæbe amplexu fovit & ille puer.
 Ætas cum vires juveniles cederet illi,
 brachia in amplexus tendit amica tuos.
 Ætatem sensit vix firmam, robor a mentis
 sensit, & ornavit teq; decusq; tuum.
 Namq; rudes mores morum catus ipse magister
 edomuit, mites reddidit atq; feros.
 Hinc serie annorum longâ auctus & ordine rerum
 ille tuum perstat condecorare decus.
 Muneris ex merito tua premia poscit & idem:
 Phæbe mihi lata detege luce diem.
 Sic Charites, Nymphæq; omnes Musæq; decentes
 certabunt lauri nobile ferre decus;
 Sic lætò lætas geminabunt omine voces:
 Musarum pulcrum vivat in orbe decus.
 Vivat in orbe diu venerando crine NEANDER
 & famæ extendat nomina lata sua.
 Vivat, & hic fatis tandem defunctus in orbe,
 in cali aternos exigat arce dies.

Hæc

Viro Clariss. DN. CHRISTOPHORO NEANDRO
 Natalem suum feliciter obeunti
 gratulabundus acclamat

Sebastianus Krieger Hung.
 p. t. Scholæ Colon. ConR.
 Mundi



M Undi nulla movent me gaudia, vota canendi:
 Clare Senex, VIRTUS sed tua LAUSq; jubet.
 Nam sumus assiduis expertes pacis in armis,
 Tristitiâ squaletq; omnis in orbe locus.
 Tu meliore tuos deducis tramite alumnos,
 Mentibus & Juvenum tegmina fida paras.
 Sicut Atlas cœlum: sic Tu benè vertice fultam
 Nunc Academiam quàm reverenter habes!
 Sis igitur salvus, tibi spiret mitior aura,
 Nomen ab æternâ ut posteritate feras.
 Sic tua puppis erit validâ fundata carinâ,
 Et saturum vitâ te super astra vehet.
 Alme Parens, λόγε vive Patris, Sanctissime Flatus,
 Hæc rata sint voveo vota, precesq; meæ.

prop. f.

Christophorus Eilertus
 Selov. March. p. t. Scholæ
 Colon. Sub-R.

J Am mea Musa fave Claro gratare NEANDRO
 Bis septem implenti lustra statuta piis.
J Cordicitus Claro mea Musa precare NEANDRO,
 Natales totidem sæpè redire dies.
J am mea Musa vale, Nostriq; faveto Lycæi
 Lampadi ut excedat secula Nestorea.

Clarissimo ac Spectatissimo Dn. Decano,
 Præceptori ac Mæcenati suo maxi-
 moperè honorando, ita de Na-
 tali suo gratatur

Johannes-Georgius Weidnerus
 Francofurtanus.

✻(o)✻

Johannes-Georgius Weidnerus
 p. t. Scholæ Colon. Sub-R.
 Mundi

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berth 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Quos te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi sine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locupletem Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminum disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine chara! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

987

...SPECTABILIS,
...CONSULTISSIMO
...EXCELLENTISSIMO
DNO.

PHORO NEANDRO

Francofurtanâ ad Viadrum,

...os septem & quadraginta
PUBLYCO ORDINARIO,
...ltatis Philosophicæ

ACADEMIÆ universæ

SENIORI,

...t. duodecimùm.

DECANO,

ENTIS DOCTORI

...lemiâ; operâ, consilijs:

...riâ; artium tum Legalium,

...ilosophicarum explicatione

...iâ privatâ quâ publicâ

præclarè,

...le bonis omnibus

optimè,

OMITIVAM

...semel atq; iterùm

merito,

...dum à laboribus ferianti.

M SEPTUAGESIMUM

DEO PROPITIO

...entissimo hoc rerum statu

...iâ animi tranquillitate

...agenti

...i, ANNO CHR. c. l. c. l. c. xxxvi.

...itatem omnemq; felicitatem,

...gratulabundi precantur

...Æ, AMICI & CLIENTES.

Cic. in Cat. Maj.

...us senectute stipatâ studiis juventutis?

MICHAELIS KOCH II.

80

